FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauin[a]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

De usuris & fructibus legatorum, seu fideicommissorum. Rubrica.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150738

Visual Library

& ſic libertas non deberetur.vt.§.eo.l.legatum.vel ſi non haberetur pro defecta,ſaltē non haberetur pro impleta quouſq; aliā pecuniam ſolueret,vel æſtimationem rei perditæ: ad quā remanet obligatus:vt.j.circa fi.Contrariū tamen eſt.& ſic ſunt duo ſpecialia fauore libertatis vt nō habeatur pro impleta & ſtatim libertas competat.In tex.ibi:[non abſtrahatur.]dic cum iſto verbo iunge ver.[obnoxius tamen.]qui eſt.j.vſque in fin.l.Et poſtea redeas ad ſeq.ver.ibi:[ex quacunque igitur cauſa.&c.]vbi cōcludit.quia ille tex.eſt tranſpoſitus & inordinatus.&c.

De uſuris & fructibus legatorum, ſeu fideicommiſſorum. Rubrica.

1 *In legato uniuerſitatis:ut gregis,ueniunt fructus ante moram percepti. Quid in re ſingulari & nu.1.*

LEX I.

1 LEgatorum. †In actione ex teſtamēto veniunt vſuræ à tempore litis conteſtatæ ſi mora non præceſsit conteſtationē, & etiam fructus percepti & percipiendi.h.d.iſta lex cum.l.fi.j.eo.ſed ſi mora præceſsiſſet, venirēt ex tempore moræ.ſimile in.l.vna cum ibi no.ff.de tritica.videbatur autem q; in actione ex teſtamento cum ſit ſtricti iuris, qa nō numeratur inter actiones bonæfidei.inſti.de actio. §. actionum. non venirent vſuræ etiam ex tempore litis conte.ſi non fuerunt promiſſæ per ſtipulationem:vt.§.de condi.inde.l.j.in fi.ſed reſpōde q; licet ſit ſtricti iuris,in hoc tamen habet inſtar bonæfidei. in qua veniunt vſuræ poſt moram:vt in.l.mora.§. in bonæfidei.ff. de vſuris.iuncta.l.in minorum.cum ibi no.§.in quibus cau.in integ.reſti.non eſt neceſ.& ibi no.in gl.fi.Sed contra.quia non pōt eſſe quin interueniat mora ante conteſtationem,cū debeat præcedere datio libelli.per quam aduerſarius videtur in mora cōſtitui nam ad ipſam ſufficit interpellatio etiam extraiudicialis:vt no.in l.ſi ex legati cauſa.de verbo.obli.fortius debet ſufficere iudicialis:ſed inter dationem libelli & conteſtationem longum tempus poteſt interuenire:narrat enim Spe.q; ſibi fuit cōmiſſa certa cauſa in qua fuit datus libellus ante natiuitatē eius,& tamēadhuc nō erat lis conteſt.Sol.dic vt no.per Bar.in.l.denuntiaſſe.in prin. ff. de adul.qui dicit q; per dationē libelli cū dirigatur iudici nō parti,non inducitur interpellatio,nec mora aduerſarij:licet ſecus in interpellatione extraiudiciali:quæ fit ipſi parti.Item opp.inquantū loquitur de fructibus qui veniunt à tempore conteſtationis, vel moræ:quia imò videtur q; veniunt à morte teſtatoris: cū ſint percepti ex re legatarij.l.Hærennius.ff.de vſu.Solu.intellige hic quando fuiſſet legata res aliena,vel impropriè teſtatoris.& intelligatur de fructibus non perceptis:ſed percipiendis. aliàs proce-
2 deret contrarium.ita intellige gl.in.l.fi.†Diſtingue ergo in legato vt fideicōmiſſo ſingulari.aut fuit legata vniuerſitas,puta grex equitum,vel armentum,& tunc quia ex fructibus augetur vniuerſitas,veniūt fructus ante morā percepti.l.j.de vſuris. aut fuit legata res ſingularis:& tūc aut erat aliena,nō teſtatoris:& veniūt fructus à tempore moræ:aut erat teſtatoris.& tunc loquimur de non perceptis:ſed percipiendis,ſeu qui percipi poterunt:& idem aut de perceptis,& veniunt etiam ante moram:ſi tamen ſunt cōſumpti,& hæres erat bonæfidei:quia ignorabat rem legatā, non tenetur ad eos:ſi erat fructus induſtrialis:ſecus ſi naturalis.l.quæſitum.de acqui.re.do.Cætera dic vt plenè not.in.l.in fideicōmiſ. ff.de vſuris.per gl.& Bar.in.l.ſi tibi homo.§.cū ſeruus.ff.de leg.j.

2 *Caſus in quo non conteſtata lite poteſt procedi ad diffinitiuam parte abſente & cōtumace.ſcilicet ſuper declaratione an falcidia immineat uel non.*

LEX II.

1 ADuerſus. †Cum dubitat an falcidia immineat non cogitur hæres ſoluere integrū legatum:niſi legatarius caueat de reſtituendo,quatenus apparebit per falcidiam detrahēdum.vel niſi ſit cognitum & pronuntiatum falcidiam non imminere.h.d.bene tamen cogitur hæres ſoluere vſque ad dodrantem ſi legatarius petat.cū illud habeat ſoluere in omnem euētum.& niſi legatarius hoc petat,hæres non tenetur offerre.poſtquam petit totū hæres, habet iuſtam cauſam non offerendi partem:quia non eſt veriſimile q; velit partem recipere.iſte eſt caſus ſingularis.& ibi per Bart.in.l. qui ſolidum.in prin.ff.de leg.ij.& ſic propter partem indebitam hæres habet iuſtam cauſam nō ſoluendi etiam alteram partem.l. in fideicommiſſi.ff.de vſuris.in prin.& hoc voluit gl.in.l.iſta in gl.magnæ.§.e.ibi dum dicit & hoc nihil habeat iuſtam cauſam hæres.vt.j.eo.l.iij.Sed in quo facit ad ti.iſta.l.Reſpōdeo: quia ſi non offeratur cautio,vel non appareat falcidiam non imminere non conſtituitur hæres in mora:etiam in partem quæ in omnem euentum venit ſoluenda:& ſic non tenetur ad vſuras,& ad fructus percipiendos.ſed ſi offertur cautio,vel pronuntiatur falcidiam non imminere,extunc conſtituitur in mora:& tūc veniunt vſuræ & fructus.eodem modo ſi legatarius offert ſe paratū recipere dodrantem.In tex.ibi:[legata morantur.]i.differuntur ſoluere.In tex.ibi:[iuris auxiliū.]dic.ſ.edicti prætoris.ff.ſi cui plus quam.per.l.falcidiam.per totum.In text.ibi:[præſtari iubebit] ibi ſupple niſi hæres paratus ſit ſtatim probare q; falcidia imminet.arg.§.de edic.diui.adriani.tol.l.ij.cum ibi no.In tex.ibi:[ſatiſtro dato &c.]ſed cōtra q; imò cum non poſsit ſatiſdare, videtur remittenda ſatiſdatio.l.cùm nō facile.ſi cui pluſquam per.l.falcidiam.& ſic non habet neceſſe facere declarari in quo imminet ſumptus & labor.Sol.hic quando de præſenti poterit cōſtare an immineat vel non:ibi quando non poterat.vt ſi erant quædam legata pura,& quædam conditionalia:quorum conditio ſi exiſtat legata excedant dodrantem.& ſic imminebat falcidia ſi nō exiſtat niat:ſecus ſi petantur legata pura pendente conditione:& ſi tempore quo erat incertum an debebantur an non legata conditio-
2 nalia:tūc procedit quod ibi dicitur.† In tex.ibi:[partibus ſuis [illegible] getur.]no.caſum in quo non conteſtata lite poteſt procedi ad diffinitiuam parte abſente & contumace ſcilicet ſuper declaratione an falcidia immineat vel non.&c.

LEX III.

1 SI homines. †Interitus ſpeciei legatæ poſt moram pertinet ad grauatum.h.d.Sed in quo facit ad ti.quia hic non agitur de vſuris,vel fructibus.Reſpondeo ti.eſt generalis ad omnem cauſam legatorum prouenientem ex mora:ſed ſi eſſet in mora periturum ſpeciei debitæ liberatur debitor.l.ſi ex legati cauſa ff.de verbo.obliga.an autem quando fuit in mora diſtinguatur rem periturum pœnes actorem vel non? dic vt no.in.l.q; te.ff.ſi certum peta.& l.nemo.§.fi.de verb.obliga.per Bar.&c.

Ad ſenatuſconſultum Trebellianum: & de incertis perſonis. Rubrica.

1 *Specialia relicta non continent niſi lucrum:& quid in uniuerſalibus? Senatuſconſultum trebellianum non habet locum niſi quando quis propriam hæreditatem relinquit per fideicommiſſum.*

1 Super gl.rubricæ ibi:nunc de generalibus.Tu† dic imò de vniuerſalibus.quādo per fideicommiſſum relinquitur hæreditas tota,vel quota:longa enim eſt differentia inter vniuerſale fideicommiſſum.& generale.nam dicitur generale,ſi quis legat vel per fideicommiſſum relinquere omnes ſeruos ſuos, vel omnes res quas habet in tali loco,de quo non tractatur in hoc tit.ſed vide
2 quòd habetur in.l.fi.§.j.de leg.ij.† Et not. q; ſpecialia relicta non continent niſi lucrum. vt no.in.l.ſi hæreditatem.ff.mandati.ſed fideicommiſſum vniuerſale continet etiam damna & onera.ad quæ fideicommiſſarius tenetur poſt reſtitutam hæreditatem.vt.j.eo.l.fi.Sunt quædam alia relicta vniuerſalia.in quibus non habet locum iſte titulus.vt ſi legaretur menſa,vel peculium,vel hæreditas,non propria ipſius relinquentis,ſed alterius:quæ ſibi obuenisſet.de quibus in.l.cum filius.§.j.& l.cùm pater.§.menſa.de leg.ij ſenatus enim conſultum non habet locum niſi quādo quis propriam ſuam hæreditatem relinquit per fideicommiſſum.& ſic ſi per viam legati.l.ſi quis ſeruum.§.fi.cum.l.ſeq.ff.de leg.ij.& l. mulier.§.fi.ad Trebel.

1 *Hæres tenetur creditoribus hæreditarijs,etiam ſi non habet ultra quartam partem.*
2 *Si fuit iuſſus reſtituere hæreditatem retenta certa re,quibus non tenetur ad onera creditorum:ſed ſolus fideicommiſſarius.*

LEX I.

1 SI ex ſenatuſconſulto. †Qui reſtituit hæreditatē retenta quarta,nō tenetur creditoribus hæreditarijs:niſi pro illa quarta.ideo ſi eis ſoluat integrū,repetet à fideicōmiſſario pro tribus partibus. hoc.d.